

25

IN NOMINE JESU!

QVATERNIO
THEOREMATUM
PHILOSOPHICORUM,

Qvam.

Divina adfidente gratia!

Et.

Suffragante Ampl. Facult. Philos.
in Regiâ & florentissima ad Auram
Universitate,

SUB DIRECTIONE

Praeclarissimi & Excellentissimi Viri

DN. M. SIMONIS Zálpo/
og. & Metaph. Professoris Ordinarij,
ec non Fac. Phil. h. t. Decani Spectabilis,
Præceptoris & Promotoris sui, grata men-
te ætatem devenerandi.

*Examini eruditorum publico modeste
submitit*

ABRIEL M. STEENBERGIUS,

Die Febr. Anno M. DC. LXXXV.

In Auditorio & loco consuetis.

A B O E,

Exc. apud JOH. L. WALLIUM, A.T.

ИМЕНИ
ОНА РАДОСТЬ
СТАНОВО
ПРИЧИНО

ДОБРО
СЛАВЫ

СЛАВЫ
СЛАВЫ

СЛАВЫ

PRÆ FATIO.

Si inter tot Disputantium voces, meum quoque apud vos Auditores exceptatis simi exaudiri poterit qualecunque tenelli ingenii specimen, est, quod præsens hoc Exercitium Academicum videtur efflagitare. Prodeunt enim hic in illustria lucis proscenia, problemata quedam ex abditis Philosophie recessibus, non minus exempta, quam inter tot variis distractis curiarum gyros, rudi penicillo adumbrata; qua ut Candidis Censorum judicis exponerem, extorxit, non inanis cuiusdam glorie affectandæ titillatio, querundam ventoso eruditiois pruritu turgentium meneos occupans; Verum impulsus sum non minus jucunditate quem utilitatem barum positionum, ut ingenium meum in tali negotio exercendi cupidum, quoddammodo cultius redderem; svasit ipsa libertas: quapropter etiam in harum expositione, singulari artificio, ac veste decenti adornanda, tanto minus sudaverim, quanto noverim me nequam eo animo atque consilio fuisse aggressum, ut aliquid encomii promereret; sed tantum ut hac ratione ad ultiorem barum verum indagandarum veritatem, via perueniendi panderetur; Quod autem materiam Implici Styli genere, sepositâ omni Ostentationis pompa elaboravi, hoc factum est propter

pecreta, ut offendicerem me tam inconstanter
non esse, velle scilicet Componere me ad pa-
latum deliciarioris hujus seculi, simul ac on-
sternare me sublimioribus subtilissimisq; rea-
rum ponderibus involutum, nec non in eis
ratiisq; lingvarum studiis versatum, et tan-
tasq; integra Philosophantum volumina per-
voluisse, & omnia illorum scrinia compilato-
re, ut illi faciunt qui ab omnibus laudari, &
potissimum a simplicissima gente, non solum
ad calos euehi, sed etiam suorum Magna-
rum inire gratiam, barratione unicè volunt,
student, contendunt, desiderant. Quemad-
modum igitur ab ejusmodi cogitationibus
prorsus remorsus, longeq; alienus, meos con-
ceptus, tantu[m] opinione, tamq; vana ostenta-
tione, surgere baudquam passus sum, im-
spero apud Candidos Rerum estimatores su-
scipi, & pro dignis judicari; cum ergo in his
ac in aliis materiis ubere copia è Philosophia
prodeuntibus, avidum sciendi ingonimus,
tanquam habeat, in quo se exercere possit.
Sed licet ita sit, scio tamen non minus has
questiunculas ac aliorum scripta a pravis
mormilibus rebus in deterrim torquentibus,
sua probantibus, aliorum autem conarum
perplexè arrodentibus, malignitatis dentem
evituras; cum eorum numerus magna cetera
va prob dolor! undiq; nosc ingat. Interim

Tu Candide Lector ubaram verum Arbiter,
si quid vitii errorisq; perversa mens depre-
benderit, lingvam calamumq; suum post bac
in hac iniq; laxaverit, pro candore, quo
conservisti, humaniter me defende! Sit i-
mag Divina favente Clementia:

THEOREMA PRIMUM.

Veritas unius ejusdemque rei non du-
plex eaque opposita est; sed tan-
tum una.

Mare controversiarum fatemur nos esse
jam ingressos, quod tamen ut feliciori-
pede transfruemus, faciat is qui solus est sa-
piens! Priusquam igitur tractationem heic
quorundam Theorematum aggrederer, ne-
cessarium fuit mihi visum, omnium primo
in Porismate Philosophiae primæ, memet
exercere, potissimumq; in hoc, ventilationi
jam supra dato, quod tam arduum est, ut gra-
vissimi Theologi & Philosophi diu multum-
q; in ea sese exaucerint. Status autē con-
troversiarum ut nobis constet, notamus agi hic
non de veritate ratione objectorum aestima-
ta, sic enim non duplex duntaxat, verum
diversa & multiplex foret veritas. Sed de ve-
ritate considerata potissimum ratione dua-
sum disciplinarum Principalium, ita ut hic

controvertatur: Num aliquod enunciatum
quod verum in Philosophia? Sit falsum in
Theologia? & contra. Ansam huic proposi-
tioni dedit contentio quorundam, ex adver-
sa parte differentium, quorum mens per-
naturam est obfuscata ignorantie tenebris,
quiq; seqvuntur intellectus sui malignitatem,
in hanc enunciationem, quemadmodum in
omnes alias materias virgulam sibi sumunt
censoriam, ex inveterato quodam perversè
judicandi more, omne illud quod sensibus
non valeant assequi, atq; à ratione dissentis-
at, proclamat, pro falsissimo habendum &
tanquam absurdum rejiciunt; quiq; sole-
sæpenumerò esse primarius Scopus & finis
Calviaistarum, de hac quæstione disputan-
tium. quare cum Theologia multa in se
contineat, quæ sensibus exposita, animum
abstrahunt, & ad altiora tollunt, quodque
cum ratione humana non convenit, con-
festim ab ejusmodi damnatur, & falsitatis
arguitur, atq; sic duplicem veritatem pro-
cedunt non considerantes congruentiam re-
æ rationis cum mente divina, & Philoso-
phiæ iterum a rectâ ratione dependentiam.
Hæc duo secus quam oportuit, inter se op-
ponendo, abortum potius ingenii, quam
cultum Philosophiæ proferunt. horum er-
rori nos cum viris eruditissimis obviam eun-
tes,

tes, pro veritate simplici unaque felicius pugnamus, ponendo hoc loco fundamenti: quia intellectus divinus æque principiorum ex natura fluentiū quam ex revelatione de promotorum Norma est. quemadmodum itaq; intellectus Dei, à se ipso non difformis sibi que contradicitorius est, ita etiam principia ab eo dependentia, per patefactionem generalem & specialem non sibi contradicunt. Interim si quis huic nostræ sententiae objiciat: sciat nos caute hic posse distingvare inter Philosophiam ratione στοιχίων, prout in se & sua natura est consideranda, & inter Ph. tatione ψηφίζεων, qualis de facto esse solet. 2. vel clarius: inter Philosophiam & Philosophum, illa non contradicit Theologiæ quamvis se opponat eidem saxe Philosophus 3. inter veritatem principiorum Philosophicorum, & eorum applicationem, illa non parit contradictiones adversus Theologiam, hæc vero si vicia fuerit, earum causa est.

THEOREMA SECUNDUM.

Vacuum non datur in rerum natura.

Vacua multa esse vulgi est opinio; illa autem ingenia, quæ animum ad sublimiora eleverant, longe diversum statuunt; quare cum in scientiis, magnam inter eruditos parit dissensionem, ipsa terminorum homonymia

nymis, quæ dicta semper est Errorum gene-
trix; Explicandum hic venit Vocabulum
vacui, quod ambiguum est; ut status con-
troversiae ea evidentior fiat. Solet enim hoc
dupliciter sumi, vel partim & communiter,
pro corporis specialis absentia, qua ratione
vacua dicuntur corpora ea, quæ solo aere,
alia materia sublata repleta sunt, quo
modo de vacuo nulla nobis est controver-
sia, vel existens, & sic accipitur pro absen-
tia penitus omnis corporis, quo sensu re-
moventur etiam prorsus omnes substantiae spi-
rituales, sicq; est non Ens; & hoc est illud
de quo noster sermo, quodq; dari in natu-
ra prorsus negamus, nostræq; negationis ra-
tionem exponimus hanc, quam etiam fate-
ri non dubitavit; post tot ingeniosissima ex-
perimenta, celeberrimus ille Otto de Gve-
rike, dicendo: quod in inferioribus his, o-
mne spatiū a quodam corpore desertum,
nonquam relinquitur vacuum, sed ab Aere
repletur. interim omnibus illis hanc Thesis
summo conamine afferentibus, addatur hoc
Epiphonema, quod acutissimus fatur Sperlin-
gius brevissime de hac re differens in Insti-
tut. Phys. lib. 2. cap. 1. quest. 5. fingerere Va-
cuum, cerebri est vacui & ingenii inanis.

Theo-

THEOREMA TERTIUM.

Ecclesiastici non afferent secularia, & cum duplex regimen ipsis administrare ordinarie sit vetitum,

Speciosissima Politicorum argumenta licet integris plaustris huc adveharent & per integros commentarios pomposis ampullis verbisq; sesquipedalibus urgerent adversarii, nihil tamen efficierent ad defendendam pro affirmativa hanc sententiam, quorum primus videtur esse Bellarminus; hunc in modum inconcinnè differens: *non pugnat cum verbo Dei, ut homo sit simul Princeps Ecclesiasticus & Politicus.* Collimans hoc titulo ad hunc scopum, ut Pontifici Romano, utraq; potestas, quam sibi arrogat, in spiritualibus & secularibus, salva & illibata constet: nostram vero mentem ut hic succincte explicemus, conabimur tueri juxta illud:

Aula decet Reges, Christi decet ara Ministros;
Regnum cum Christo non habet orbis idem.

quod & plurimis Testimoniis divinis stabili-
re possumus, adductis omnium primo à sal-
vatoris interdicto dicentis: ὅιδας, ὅποι ἀρ-
χοτες τῶν ἐθνῶν κατακυρίεσσον ἀυτῶν, καὶ
οἱ μεγάλοι κατεξόσιάζονται αὐτῶν. Οὐχὶ τῶν
οἱ ἔται εἰς ὑμῖν. ἀλλ' οὐς εἰς θέλη τὸν ὑμῖν

μέτας γενεοῦ, ἕσω ὑμῶν Διάκονοῦ, ἡγὸς
ἐὰν τελητὴν ἐν ὑμῖν ἔναι πρῶτοῦ, ἕσω ὑμῶν
δόλοῦ. Item. Οἱ βασιλεῖς τῶν ἑταῖρων κυρι-
εῖσσιν αὐτῶν μηδὲ ὁ ἔξαστος ὅρτες ἀυτῶν, ἐνερ-
γέται, καλῶνται, ὑμεῖς δὲ όχι θτῶς ἀλλ' ὁ
μεῖζων ἐν ὑμῖν, γενέσθω ὡς ὁ νεώτερος μηδὲ ὁ
τύγχανεν ὡς ὁ Διάκονος, unde tale neci-
mus argumentum: Quodcunq; *Saluator* pro-
hibuit *Apostolis* & eorum in ministerio suc-
cessoribus, hoc eis usurpare non licet, sed Do-
minatum politicum & principatum terreno-
rum administrationem, *saluator* prohibuit suo
is *Apostolis*, eorumq; in ministerio successorio-
bus. Ergo talem Dominatum eis usurpare non
licet, & per consequens fieri nequit ut Eccle-
siasticus duobus præesse officiis simul possit.
Deinde ostendit hoc ejus proprium exem-
plum, qui non habere voluit talem tempo-
ralem jurisdictionem vel secularem prin-
cipatum, quod ex abundanti probat Joh. 18.
36. item Matth. 20. v. 28. Præterea cum re-
gnum terrenum, ipsi offerrent in montem
fugit ut videre est Joh. 6. 15. unde jam satis
liqueat eum non affectasse secularia, cuius imi-
tatores omnes legati Dei meritò debeant esse,
& tale quid non affectare. Postea esset hoc
indecorum, si ille qui concionatur in Ec-
clesia, simul pro tribunali sedeat in curia,
vel

vel si Dispensatores Sacramentorum vibrent gladium; pugnantes armis carnalibus quæ ab Ecclesia remota esse innuit Paulus. Postremò etiam, si hoc procederet multa incommoda sequerentur, non enim possent utriq; officio accuratè præesse, ob negotiorum varietatem, & utriusq; muneric difficultatem. Moses singularibus à Deo Dōnis ornatus erat. nec tamen populum solus regere, & simul sacra administrare potuit. Est etiam experientia notum tales Ecclesiasticos s̄ per numero negligere hoc sanctum munus; cum impeditat multum partium earum, esse tot tantisq; secularibus negotiis in volutum, semper impedimenta injicientibus.

THEOREMA QUARTUM.

Mordentia fœnora, pro ipso mutuationis officio, ultra sortem ob breve tempus concessam accepta, & cum damno debitoris exacta, sunt illicita & inhonestata.

UT distinetius procedam, notandum est: Ume hic non intelligere, annuam quandam compensationem, quando quisq; sex vel octo pro centum mutuatis, sumit quotannis

tannis ab opulentis, qui nostra pecunia non
ad sui necessariam sustentationem, ad quam
satis habeant abundantes facultates; sed ad
majus lucrum faciendum, magis magisque
opes suas amplificandas, utuntur. quam u-
suram si modò licet cum illa procedatur,
(observatis certis quibusdam conditionibus)
non esse in scripturis prohibitam, nec in
foro Politicorum in honestam video, cum ex
naturali æquitatis præscripto, teneantur
hoc ipsum dare, sine tn. omni eorum detri-
mento, propter res illas per nostram pecu-
niam auctas. Deinde ex Gratitudinis debi-
to, obligati sunt ad reddendum aliquod
~~avpīdawor~~, hoc enim jus naturæ exigie, ut
gratias simus pro beneficijs, non tantum ver-
bis, sed etiam factis, & recompensatione
aliqua. Præterea requirit hoc ratio soci-
tatis humanæ: nam sic comparatum est
cum politijs ut consistere nequeant, sine
mercimoniis; Mercimonia autem sine ma-
gnis sumtibus exerceri non queunt. Sum-
tus vero tantos nemo solus facere potest, sed
necessum est, ut pecuniam ab aliis accipiat
mutuam. sed nullus mutuabit, si pecunia sua
carere, alterum eadem ditare, & interim ni-
hil compensationis loco accipere debeat.
Quare si politiæ consistere debent, & merci-
monia exerceri, necessum est ut ejusmodi

con-

contractus, compensationesq; annuæ admis-
tantur. Approbavit deniq; hoc Magistra-
tus & etiamnum tolerat in Republica Chri-
stiana, ut ex imperii Constitutionibus no-
tum est, unde colligo, hunc modum lucran-
di, non esse in honestum, quippe cum dictum
sit. *Quid mibi divitiae si non conceditur usus?*
Sensus autem propositæ quæstionis est de u-
sura illa propriè sic dicta, quæ prorsus illici-
ta, quemadmodum hoc ipsum testatur To-
letus lib: 5. instructionis Cap. 29. dicens :
Usura est peccatum mortale & oppositum
afferere est hereticum. Id ipsum Dominici-
cus a Soto Lib. 6. de justitia & jure scribit :
Usuraria mutuatio peccatum est genere suo
mortale & justitiae commutativa contrarium.
Ubi disputat fœnora non tantum juri divino
sed etiam naturali esse contraria, hinc etiam
damnata sunt prorsus in Conciliis utpote
Nicæno, Elibertino, Carthaginensi, & con-
stanti nopolitano. Cato interrogatus, quid
esset fœnerari? Idem dixit quod hominem
occidere. Hinc Lyeurgus e tota sparta fœ-
nus exterminavit. Atheniensium Dux Agis
adeò exosum habuit fœnus, ut omnium
fœneratorum tabulas igne supposito in foro
concremaret, quo igne nullum se clarius lu-
men vidisse Dixit Agesilaus, iniqui fœnerato-

res quid faciunt aliud quam exsugunt mu-
tuatarios? Unde Baldus comparat fœnora
vermiculo ligni qui tactu lenis apparet, sed
dentes habet durissimos & medullam ligni
sic corrodit, ut superficies quasi illæsa ap-
pareat; sic Usurarii medullam in opum ho-
minum exsugunt, eorundemq; exiguum fa-
cilitatem sic corrodunt ut sensim & lentè ta-
bescant. Ex his igitur quilibet facile æsti-
mare poterit, tale fœnus esse plane illicitum,
cum etiam per illud Charitas Christiana-
violatur, dum indigentes mordentur, &
lucrum exigitur pro eo, quod gratis egeno
proximo erat præstandum. Non incom-
mode itaque illa argumenta huc collimant,
quæ ex jure divino & manifestis S. Scriptu-
ræ testimoniis allegari possunt. utpote Ex.
22. v. 25, Lev. cap. 25. v. 35, 36, 37. Ubi Deus
loquitur de fratre depauperato ut opulenti
ipsi in egestatem redacto succurrant. Præte-
rea prohibetur ibidem, si conferatur Textus
originalis, omnis morsus in mutuo, quippe
quod ita dandum, ut possit frater depaupe-
ratus vivere, ne cogatur plus reddere quam
accipit, quia mutuo tantum usus est ad sui
sustentationem. Deinde rationes ex jure na-
turali petitæ idem faciunt. svadet etiam jus
naturæ ut quod nobis fieri volumus, hoc
etiam

etiam faciamus aliis, potissimum proximo
constituto in necessitate est ope subvenien-
dum, quod etiam *ratio justitiae* exigit & ita ut
ultra sortem datam, & ipsi exhibiam, non
aliquid lucri exigatur. quod si quispiam fe-
cerit, minus recte sciatis se egisse. Sed si cum
abrumpere hic consultum duximus, ne ni-
mis prolixe de usuris disputantes, utilissi-
mam temporis usuram perderemus. Suffici-
ant itaque haec pro instituti ratione, cum
memores simus propositae brevitatis; & cu-
jusdam Poëtæ dicentis:

*Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines,
Quos ultra citrag; nequit consistere rectum.
quare & hic Disputationis finis esto.*

Deo itaque Trinuno, omnium rerum
Principio ac fini, sit honor & gloria
in seculorum secula!

ADDITAMENTA:

*Homo Christianus & maxime The-
ologus, honoribus etiam studere
potest, licet toties in scripturis bu-
militatis præceptum reperiatur?*

Magnes contusas vim attractricem
non exuit?

Secreta credita aliquo modo licet
effari.

Inter velle, volle & non velle, datur
aliquid discrimen.

